

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 14 : De Cupidine](#)

## **Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 14 : De Cupidine**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[44\] : De Cupidine](#)

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 14 : De Cupidine](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV**

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 15 : De Cupidon](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV**

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 14 : De Cupidon](#) est une traduction de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Présentation du document**

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 402-414

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Cupidon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

mortuum inter lactucas deposuit: propter frigus hyemis nimium. atque per id tempus fiebant sacra Adonia: cui fabulæ addiderunt per Adonia fluvium Adonim vocatum è Libano monte defluentem sanguinolentum fluere solitum. Addiderunt & Gratiarum illi filias, quæ Cœlesti conveniunt, ob debitam omnibus bonis liberalitatem. Harum vna averfa est, cum dicitur Venerem respiciant, quia liberalis & magnanimi est imitari bonos agros, quod est maiori mensura reddere, quàm acceperit. Sorores illæ dicuntur manibus implicitis se tenere invicem, virginesque esse & rideantes, quia nulla spe motos oportet dici liberales, cum mercatores sint potius qui ob aliquam spem benefaciunt, atque quæ in aliquem extat beneficentia, tum demum grata est, quæ ex hilari animo, minimeque invito aut renitenti procedit. traditum est in fabulis Venerem iudicatam à Paride fuisse pulchriorem Iunone ac Pallade, quia multo sunt plures qui corporis voluptates, quàm qui animi: qui vitia, quàm qui virtutem; qui turpitudinem, quàm qui gloriam sectantur. nam multi fuerunt qui dignitatem, qui gloriam, qui præclaras gerendarum rerum opportunitates pro impuris voluptatibus reliquerunt, & amplissimas opes in eas profuderunt, qui tandem facti omnium hominum infelicissimi propter libidinem in maximas misérias sunt delapsi. At vetò quid sit Venus, & quas vires illi antiqui præbuerint, & quæ de illa fabulosè dicebatur, iam serè explicavimus, quo in negotio si quid reliqua m est, id in Cupidine eius filio pertractabitur.

*De Cupidine. CAP. XIII.*

**D**E Cupidine verò, quibus ortus sit parentibus, non parva dubitatio est apud scriptores: quoniam alij unum esse Cupidinem, alij plures senserunt. Plato in Symposio Phædrum inducit ita de Cupidinis origine dicentem: ὅτι μέγας θεὸς ἦν ὁ ἄρως, καὶ θαυμαστὸς ἐν αἰθερώπιε τε καὶ θεοῖς, καὶ ἀρχὴ μὲν καὶ ἄδῃ, ἔχ ἤκεια δὲ κατὰ πτωχίστην τὸ γὰρ ἐν τοῖς πενυσιώτατοις εἶναι τὴν εὐδίαν, τίμωσι, ἢ δ' ὅς τι κήριον δὲ τῆς γονεῖς γὰρ ἄρως ἔστ' εἶσιν, ἔτι λιγόντα ὑπ' ἄλλοις, ἔτι ἰδιώτη, ἔτι ποιητῶν. *Quòd magnus Deus sit, & hominibus Deusque admirabilis Cupido, id iam compertum est sapius eum in aliis, tum in iis qua ad eius originem spectant præcipuè. Neque enim me præterit esse quidpiam præclarum inter antiquissimos*



simos Deo recenseri. Cupidinis autem parentes neq, sunt, neq, ab illo vel primatorum, vel poetarum fuisse dicuntur. Heliodus in sua Theogonia videtur Amorem siue Cupidinem ante omnia ex illa informi materia, quae Chaos dicta est, in lucem eduxisse, cum ita scribat:

ἦτοι μὲν πρῶτισι χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα  
 τὰ δὴ θύρετρα πάντων ἰδὸς ἀφ' ἧλις αἰὲ  
 ἀθανάτων, οἱ ἔχουσιν ἄρα πρῶτοντες Ὀλύμπῳ,  
 τὰρ τὰρὰ τ' ἠρόοντα μυχῷ χεῖρας θύρα δ' εἶνε'  
 ἦ δ' ἔρις, ὅς κ' ἀλλήλοισι ἀθανάτοισι βασιλεῖ  
 Λυσίμαλλε, πάντων τε θῆων, πάντων τ' ἀνθρώπων  
 δάμαρται ἐν γῆρας ἰβόον, καὶ ἐπίφρονά βελλίω.  
*Ante Chaos natum: superum firmissima sedes,  
 Inde solum terra lata: tum tartara nigra  
 Intra adytum terra, & feralia claustra barathri  
 Inde ortus superos inter pulcherrimas omnes,  
 Dulce Deum pariterque Virum, gratumque Cupido  
 Solamen, qui corda domat, mentesque feroces.*

Nam statim post terram natum esse Cupidinem inquit, eumque eductum ex illa informi materia. At Aristophanes in Avibus Noctem Zephyrium ovum peperisse scribit, è quo natus fit Cupido, qui cum Chao mistus omne Deorum genus ex illo excitauerit, ita verò se habent carmina Aristophanis:

χάος ἦν, καὶ νύξ, ἱριβὸς τε μέλαινα πρῶτον, καὶ τὰρ τὰρὰ θύρα  
 γῆ δ' αἶψ' ἀήρ, καὶ ἄρα τὸς ἦν, ἱριβὸς δ' ἐκ' ἀπείροισι κέλποις  
 τίκτην πρῶτισιν ὑψηλίμων νύξ ἢ μελατόπιρος ὡς  
 ἔξ ἧ πῶς τε λαμίνους ὄρωας, ἰβλάσαστος ἄρως ὁ ποσειδῶν,  
 εἰλβους τῶτον πηρύγοισι χρυσῶν.  
*Chaos erat, et nox, crebriq, niger primū, tū tartarus al-  
 Terra nec aer, nec cælū erat: crebriq, in sinib, amplū (tuus  
 Parit primi Zephyrium nox aīa nigrescentibus ovum.  
 Ex hoc libentibus horis pullinlanis deinde Cupido,  
 Splendens tergum aureis alis.*

Quare & Orpheus his similia de illius natiuitate tradidit, quæ, ut est in his carminibus, ante omnia natum putavit:

πρωτογένεσι καλέω διφύη μέλαινα, αἰδομένοπλαγκτον,  
 ὡς γὰρ ἦν χρυσοῖσιν ἀραμιόμοισιν πηρύγοισιν,  
 ταυροβόαν, γένεσθαι μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.  
*Aethere labentem, geminum, magnumque vocamus,*



*Qui prior est natus, qui ex ovo, qui nitet aureis  
 Alu latatus, per quem superumq; virumq;  
 Est genus exortum tenues in luminis aurat.*

At idem Plato qui nullos parentes Cupidinis superius esse dixit, mox fabulam quandam huiusmodi in Symposio de Cupidinis ortu memoravit: fama est Deos aliquando natalitia Veneris celebrantes in cœlo mensis accubuisse: tum Potus consilij & abundantia Deus fertur nectare paulo copiosius hausto ebrius fuisse, ac Peniam Deam paupertatis in horto Iouis inuenisse, quam etiam compressit: ex eo igitur congressu Penia Cupidinem postea peperit, quem Veneri famulum traderunt, cuius nutum mandataq; obseruaret: quare postea creditus est Veneris filius. Theocritus in Hyla è Diis quidem parentibus illum natum esse arbitratur, at è quibus nõ affirmat, propter variam ac difficillimam cognitu eius originem, vt ex his patet:

*ὅχι αὖτις τὴν ἐρωτικὴν μόνην ἔτεχ' ὧς ἰδ' οὐδὲ μὲν  
 Νικίαν, ὅτι τὴν τὸ εὖρος πῶτα τίανον ἔγαστο.  
 Non solis natus nobis est ipse Cupido  
 Vt patet: è superis quicumque fuere parentes.*

Non defuerunt qui Cupidinem Saturni filium fuisse dixerint, vt sensit Orpheus, quod ex illo carmine significatur:

*αὐτὰρ ἐρωτικὴ κρένος καὶ πιδύματα πάντ' ἔτεκνε,  
 Sunt Amor & Venti Saturni è semine nati.*

At Sappho poetria Cupidinem cœli ac terræ filium existimauit, Simonides Martis & Veneris, Acusilaus Noctis & Ætheris, Alceus Contentionis & Zephyri. idem Orpheus tamẽ omnes Amores, quos plures esse sensit, è Venere ortos scribit in alio hymno hoc pacto:

*ὁμνῶμεθ' ὁ σφίω πρὸς ἀνομιαν Ἀφροδιτείῃ  
 καὶ πρὸς τὴν μαζαίλιν βασιλίαν, ἧς ἀπὸ πάντων  
 ἀθάνατοι πῆρσαντες ἀνθρώπων ἔρωτες.  
 Cantamus Veneri q; genis, fontemq; perennem,  
 De quo immortales nati dicuntur Amores.*

Pausanias in prioribus Eliacis Venerem dicit emergentem à Cupidine fuisse exceptã, & à Suada coronatam, qui idem postea in Bœoticis Cupidinem omnium Deorum natu minimum vulgo creditum dixit, & Veneris filium. Cicero libro tertio de Natura Deorum plures Cupidines è diuersis parentibus facit, vt

cit, vt



cit, ut in his scribit: Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur: Secundus Mercurio & Venere: Tertius quidem est Anteros, Marte & Venere tertia. Hi etsi plures extiterunt, diversisque parentibus geniti, tamen ad unum Venere filium omnia propè quæ de Amore dicta sunt, transferuntur. Praeclare igitur Arcefilaus statuarius leenam è marmore fecisse dicitur, circa quam ludentes fecit Cupidines, quam alij è cornu bibere cogebant, alij soccos illi inducebant, alij saxo alligatam fune tenebant, cum multos fuisse Cupidines vellet significare. Honum quæ vires sint, aut quæ facultates, & qui habitus illi tribuerentur, ita patefecit Orpheus in hymnis:

καλήπευ μίχον, ἀγόν, ἱράσμοι, ἠδὲ κ' ἔρωτα,  
 τετρακῆ, πηρόσση, πυρίδρομον, θύδρομον ὄρμη,  
 συμπαίζοντα διαίτ, ἠδ' ἐθνητοῖς ἀνθρώποις  
 θύπалаμον, διφυῆ, πάντων κληῖδες ἔχοντα,  
 αἰδῖρος ἕρατιν, πόντου, χθονός, ἠδ' ὄσα θνητοῖς  
 πνύματα πάντα, γαῖα θλαθιά βόσκι χλοοκαρπός  
 ἠδ' ὄσα τάρταρος θύρος ἔχθι, πότατος θ' ἀλιδύπος.  
 μῆτος γαῖ, τόπων πάντων οἴκοι κρατιώτε.

*Iucundum, magnum, gratum, cantamus Amorem,  
 Arciferum, alatum, celerem, flammigum, potentem,  
 Ludentem pariter cum diis, virisq, gemellum.  
 Tum arvis & terra clauis, tuq, aethere alti  
 Sceptra tenes: tu quot Ventos Dea parturit alma  
 Frugifera, aut pontus tumidus, vel tartarus ipse,  
 Et regis, & cuncta flectis moderamine solus.*

Pingebatur ab antiquis alatus Cupido, cuiusmodi illum Zeuxis pinxit Athenis pulcherrimum, rosæ coronatum: nam & Cupido & Victoria alati pingebantur, quam primum omnium Thasium Aglaophonem alatum fecisse ferunt: de quibus, ut alius, ita meminit Aristophanes in Avibus:

αὐτὸς ἴσεν πέτατα πηρόσοι χρυσῆς, καὶ τὴν αἰ' ἕρωος γῆ.

*Statim Victoria volat alis aureis, & per leuē Cupido simul.  
 Idcirco cum Victoriæ simulachrum de caelo tactum fuisset,  
 quod erectum fuerat apud Romanos in Capitolio, eiusque  
 solæ alæ decidissent, illud prodigium faustum esse interpreta-  
 tus est Pompeius, quod inde auolare victoria amplius non pos-  
 set. quare Pompeius ipse duo hæc carmina in eum euentum  
 contempsit:*

ῥώμῃ παμφορέῃσι λατρεῖν κλέει ὑπὸτ' ἄλλῃται,  
 Νίκη γάρ σε φησὶν ἄπῃτροι εἰ δαίματι.  
*Roma potent alia cur fiat Victoria lapsit  
 Urbem ne valeat deseruisse tuam.*

Deinde addita sunt non solum nomina, sed insignia Cupidini, illius Dei potentiam, & animorum motus significantia, quæ Lia Palladas descripsit in his carminibus:

γυμνὸς ἔρως διὰ τὸ το γιλαῖ, καὶ μὴ λιχθεῖσιν.  
 εἰ γὰρ ἔχει τόσους πύρροντα βίβλι.  
 ἔδῃ μάλιστα πλάμας κατὰ χεῖρας ἀλαφρῶτα καὶ ἀέθεο  
 τῇ μὲν γὰρ γαῖαν, τῇ δὲ ἀλάφρῳ ἔχει.

*Nudus Amor videt, latatur & ille: nec arcus,  
 Nec flammata gerit spicula, vel pharetram.  
 Iure quidem recto stertem, delphinaaq; restat:  
 Continet hac terras, hac maris alta manu.*

In huius Dei facultate situm fuisse fabulati sunt ut ea quæ turpia essent ac deformia, faceret videri honesta & decora: & illos beatos arbitrarentur amantes, qui amata re potirentur, & omnes sensus denique obstupescere faceret. cuiusmodi sunt ea quæ scripsit Sappho in hisce carminibus:

φαίνεται αἰμοὶ κείνος ἴσος θεοῖσιν  
 ἰαμῶσ' ἡμῶν, ὅστις ἐναίτιος τῆ  
 ἐξ ἀνδρῶν, καὶ πλῆσιον ἀδελφῶν  
 σὺ ὑπ' ἀκείῃ,  
 καὶ γαλιώπῃ ἰμαρῶσ' τὸ μοι τῶν  
 καρδίας ἐν στήθεσιν ἐπὶ ἔασσε.  
 ὡς ἴδεν σ', ὡς ἠρώγγον. ἰμοὶ γὰρ αὐδ' αἶ  
 ἔδ' ἐν ἰσ' ἡμῶν  
 ἀλλὰ κερμὴ γλώσ' ἴσῳ, ἀνδ' ἐλπίσιν  
 αὐτίκα χερῶν πῦρ ὑπερδρόμακος,  
 ὁμμάτιον δ' ἔδ' ἐν ὄρημ, βομβυσοῦ  
 ἰσ' ἀκοαί μοι  
 κατ' ἰδρῶσ' ψυχρὸς χεῖται ἠρόμος δὲ  
 πᾶσι αἰρῆ' χλωροτέρη δὲ ποῖα  
 ἰμμί· τιθῆσθαι δ' ὀλίγον δέισσε,  
 φαίνομαι ἄπτες.

*Ille par Divis superis videtur  
 Esse, qui contra sedet intuenti te,*

*Hæmæ*



*Haurit Hyblaë magis & liquore  
 Dulcia verba,  
 Dulce visisti, mihi quodâ miscella  
 Corda transfixit graviter videnti.  
 Spiritus pressus fuit, & mihi vox  
 Faucesbus haesit,  
 Fallax tua lingua est tacita, & repente  
 Partum in membris calor est relinquitus,  
 Lumina haud cernunt, resonat susurrus  
 Mulens in aure.  
 Labitur sudor gelidus, tremorq̄ue  
 Occupat totam: viridis magis sum  
 Gramine: extincta simili retentus  
 Spiritus est vix.*

Tantam illi potestatem antiqui poetæ, tantumq̄; audacię Cupidini tribuerunt, ut omnes Dij antiqui ab Amoribus spoliati fuerint suis insignibus: ut Philippus quidam poeta in his luculentissimis carminibus expressit:

αυλήσασθε ἑλυμπιν ἰδ' ὡς ἔπλευσεν ἔρωτι  
 κερμαίντ' ἀθανάτων οὐλά φρουροσὸ μῦθε.  
 θεῖον τόξα φέρουσι, εἰς δὲ κερμαίνον, ἄρμος  
 ἔπλευσεν καὶ κωνίλιον, ἠ' ρακλῆος ῥόπαλον,  
 βίβαλιον τε θεῶν τριβίβαλιον δόρυ, θυρεὸν τε καὶ κρητήρα,  
 πλοῦτ' ἀπὸ πύλλ' ἔρωτος, λαμπρὰ δ' ἀδ' ἄρτι μῖθον.  
 ὡς ἄχθος θανάτου ἔκλεβ' ἀλάστορι ἔρωτων,  
 δαίμωνες οἷε ἔπλων κέρματι δούκων ἔχον.  
*Eximia superum lati decorantur Amores,  
 Astra quibus caeli est iam spoliata domus.  
 Extorsere Iovis fulmen, Phœboq̄ue sagittas,  
 Alcide clavam, Martiq̄ue caret galea.  
 Mercurio desunt talaria, faxq̄ue Diana,  
 Sic Baccho thyrsus, sic pelagoq̄ue trident.  
 Nec mirum est iaculis homines quoq̄, cedere Amorum,  
 Quos sua vel superi sceptrâ dedere Dei.*

Cum tanta fuerit igitur potentia Cupidinis, iure optimo illum Deorum omnium felicissimum, & cui Dij omnes subicerentur appellavit ita Plato in Symposio: φημι ἔν ἑγὼ πάντων θεῶν βίβαλιον ἔσθαι ἔρωτος ἔρωτος (εἰ εἴπω, καὶ ἀναμίσθον πη ἀπὸν) ἰούδα μανίστατος εἶναι αὐτῶν, καὶ μίτρον ὄντα καὶ ἀρτίον.



Ego saucè ita sentio, omnibus Diis felicibus existentibus, Cupidinem (si fas est, ac sine reprehensione licet dicere) omnibus illis esse feliciorum, cum & pulcherrimus sit & optimus. Atque in his cum duos esse Cupidines dixisset, alterum Cœlestem, alterum Vulgarem appellat: ἀναγκαῖος δ' ἂν καὶ ἔρωτα τὸν μὲν τῆ ἰτίρα αὐαργὸν, πάνδημον ἔρωτα καλεῖσθαι, τὸν δ' ἔρωτα: *Necesse est igitur & Cupidinem hunc quidem alteram sequentem & adiutorem, Vulgarem relictè vocari, hunc verò cœlestem.* Addita fuerunt & alia insignia præter superiora, siquidem hunc puerum sinxerunt, & cæcum, & illi comites adiunxerunt, Ebrietatem, Dolores, Inimicitias, Contentiones, & multas huiusmodi pestes, quas omnes recensere molestum est, pædum experiri: quæ cum brevissimè, tum elegantissimè in eo Maruli Epigrammate sunt expressæ:

*Quis puer hic? Veneris, plena qua causa pharetra?*

*Non bene prouisus certa quòd arma mouet.*

*Cur sine veste Deus? simplex puer odit opertum.*

*Vnde pueri pueros quòd facit ille senes.*

*Quis pennas humeris dedit? inconstantia, quare*

*Nulla Deo fronti est sigma inimica facit.*

*Qua fors eripuit lucem? immoderata libido.*

*Cur macies? vigilæ cura dolorque facit.*

*Quis cacum præsit? Ebrietas, Sopor, Otia, Luxus.*

*Qui comites? Rixa, Bella, Odium, Opprobrium.*

*Qui cælo dignatus? homines, qua causa coegit?*

*Mittor autore est credita culpa Deo.*

Hunc è crapula deliciarumq; copia nasci denique tradiderunt antiqui, cum nihil sit, quod magis morum probitatem, vitamque humanam, quàm deliciaz, labefactet. Sic enim de Amorb; inquit Phocylides:

*ἢ κα ἀγαθὸν πλοισιάζον ἱφύθνητοῖσιν ὄνησιν*

*ἢ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμάρτυς ἕλας ἰσότηας.*

*Utiliter nulli nimia est data copia virtus,*

*Hoc stimulo in turpes homines pelluntur amores.*

Atque præclare idcirco scriptum fuit à Pallada, quòd nihil magis repugnat diuinæ naturæ quàm immodica victus copia, quæ facillimè ad omnes turpitudines impellit, quippe cum humanitas, & iustitia, & temperantia, & omnes virtutes sint frugalita-



frugalitatis, at non crapulae affectae, uti optimè per hæc carmina docemur:

γαστήρ μισήσκει θεός, καὶ βρώματα γαστρός.

ἄνεκ γὰρ τέταν σιφροσώη λύται.

*Iure iniussa Deū hac ventris vastæ vorago est.*

*Temperat à nullis turpibus illa sibi.*

Atque ut summam dicā, tot insignia, tot vires, tot spolia, tam sicuti comites, tam deformis oculorū cæcitas, & ætas minimè apta prudētiae, data sunt Cupidini ab antiquis poetis, ad exprimendā libidinis hominū insaniam, ut nihil tā opere abhorre- re videatur ab ingenuo & bene instituto homine: quæ tamen omnia ita conuersa sunt ad hominū voluptates, ut etiam cum quadam animi suauitate recenseantur à nonnullis. Hoc mihi persimile sanè graui aliquo morbo laboranti contigisse vide- tur, cui propter stomachū pessimè affectum, vel in deterrimos humores pharmaca ipsa vertuntur. Hunc igitur ad deterrēdos homines à turpitudine introductū, pro Deo coluit vulgus mor- talium: cū non intelligat Deū beneficentiæ, liberalitatis, tem- perantiæ, & omnis probitatis atq; humanitatis esse autorem: at Cupidinem hunc vulgarē Deum bella, rixas, contentiones, dolos, iniurias, honoris facultatumq; iacturam habere perpetuos comites. Quare præclare scripsit poeta ille in his versibus:

τίς θεὸν ἔπειν ἔρωτα; εἰ κ' ἄρκον ἔδεν ὀρώμεν

ἔρωτ' ὃ δ' ἀνθρώπων αἵματι μεθύσκει.

ὃ θεὸς ἐν παλάμῃ κατ' ἔχει χεῖρος; ἢνὶ δ' ἄπειτα

τῆς θεοκλήτης σκῦλα μικροειδής.

*Quis prius esse Deum mortaliū dixit Amorem?*

*Sanguine latatur, sunt bona grata Deo.*

*Nonne enssem manibus præcinctum sustinet? ecce*

*Cadibus è multis quot tulit exuvias.*

Idcirco Apollonius Rhodius omnium malorū fontem & ori- ginem Cupidinē putauit, quia propter lasciuiam iustitia con- temnatur, omnesq; exoriantur iniuriæ, ut est in his lib. 4.

χέλι' ἔρωτος, μέγα πῆμα, μέγα σῖγος ἀνθρώποισι.

ἐκ σίβην ἐλόμηναι τ' ἱρίδιε, σοναχαί τε γέοιτι,

ἄλγιάτ'.

*Supplicium crudele viri, ac pæna Cupido,*

*Et te sunt rixa, certamina, bella, querela,*

*Et dolor.*



Quid est enim nostris temporibus, quod non per scorta, & le-  
nones, & meritorios pueros obtineatur? multæ sunt ciuitates,  
multa regna, multæ prouinciz per hunc insanotum & furio-  
sorum Deum deuastatæ. Nam quot ciuitates arma ceperunt ob  
raptas mulieres? quot scæminæ patriam & parentes hostibus  
prodiderunt propter hunc furorem? quot mariti vxoribus, aut  
contra illæ maritis ob hunc ipsam præclarum Deum insidias  
tetenderunt? quot filij à matribus fuerunt trucidati? atque ut  
vno verbo dicam, nihil est propè nefarium, impium, temera-  
rium, cuius Cupido non sit autor. Quare nemo sapiens haberi  
iure potest, qui Cupidinem laudibus extollat: nemo non infe-  
lix, qui eius cupiditatibus obsequatur. Quippe cum talia con-  
silia plerūq; suggerat stultis hominibus qualia Medæ aliquā-  
do aduersus parentes & patriam & seipsam in mentem intru-  
sit, cū illa ita secū diceret conquerēs de futuris Iasoni periculis:

τότι δ' ἄν κακὸν ἄμμι πείλοτο

κείνος ὅτι ζῶν: ἀπαμείραται· ἱρήτω αἰδῶς,  
ἱρήτω ἀγλαίη.

*Quid tibi tunc animi cum vita excesserit ille?*

*Cede decus, discede pudor, procul omnis honestas.*

Nam Cupido te ipsa multorum malorum discordiarumque  
ocasio fit imprudentibus exterarum & domesticarum, velut  
ostendit Sophocles in Antigone in his:

ἤρωε ἀνίκατε μάχαν,  
ἤρωε, ὅς ἐν κτήμασι πίπῃσι,  
ὅς ἐν μελακαῖσι παρζαῖς  
νεάνιδος ἰννοχίῳς,  
φοιτᾷ δ' ὑπερπόντιος, ἔν  
τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς·  
καί σ' ἔτ' ἀθαλάτων  
φύξιμος ἕδεις,  
ἔθ' ἀμείρων ἰπ' ἀν-  
θρώπων· ὃ δ' ἔγνω, μίμητιν,  
σὺ καὶ δικαίωσ' ἀδικεῖς  
φρίνας παρασπᾶς ἐπὶ λώβῃ.  
σὺ καὶ τόδ' ἰσθίκεσ' ἀνδρῶν  
ξυλάμων ἔχῃσ' ἀπαρῆας.  
εἰκά δ' ἐναργῆς βλιφάρωσ'  
λαίρος ὑλίκτης  
Νυμφαί, τῆν' ἀλάσῃ

πάρηρος ἐν ἀρχαῖς

θεοῦ μὴ ἀμαρτῆς γὰρ ἴμ-

παίξεται ἄφροῦτα.

*Amor in super abis in pugna,*

*Amor, qui opibna incidit,*

*Qui in mellibus genis*

*Puella pernoctat,*

*Inceditq, super mare, &*

*Per passor ales anlas:*

*Teneq, immortalium fugerit quisquam,*

*Nec, mortales inter*

*Viros: habens verò insanit.*

*Tu & inistorum iniustas*

*Mentes facis per detrimentum.*

*Tu & hanc contentionem virorum*

*Consanguineam continet perturbant,*

*Vincit palam celsorum*

*Desiderium pulchra*

*Nympha, magnarum assessor in imperijs*

*Legum. inuictum enim illudit Deus Venus.*

Quamuis illud magis verū est, quòd non malus est Cupido, sed occasio potius facinorosis & perditis hominib. malè agèdi, qui suo opte ingenio mali sunt, vt scripsit Archias in his carminibus:

ἔχ' ὁ πρῶτος ἀδίκῃ μέρει πωγίνοσ, ἀλλ' ἀκόλασος.

ψυχῆσ ἀνδρῶν πωγίνοσ ἢ ῥοσ ἢ πρόφασος.

*Nullum Amor offendit, prae cui occasio sed sit*

*Mentibus ille hominum, quos mala multa inuenit.*

Neq; enim vllus est animi affectus à Deo optimo inutiliter cō-  
cessus hominibus, sed vel ad exercendas virtutes, vel ad res na-  
turae necessarias: quare vt praeclare ille inquit poeta, cum quis  
modū excoilerit in animi motibus, illisq; nimis obsequitur, i-  
pse sibi fit hic Deus, cum voluntas cuiusq; inordinata, & incon-  
siderata cupiditas, fiat Cupido, vt est in libro nono:

*Dis ne hunc ardorem mentibus addunt*

*Euryale è an sua cuiq, Deus fit dea cupido?*

Amoris sedes oculus creditus est prae cipue, quòd per eum tan-  
quam per fenestram animus spectra & imagines concepiat, &  
interius admittat, quibus petullus incidit in rei spectatae deh-  
denium. Quod ita Musaeus clarissimè expressit:

καλῶσ γὰρ περιπνεῖν ἀμωμήτοισι ζωωκῶσ,



ὄφτιρον μὲρ ὀπτασι πάλῃ πῆρείντες ὄψιν.  
 ὄφθαλμὸς δ' ὄψέστιν. ἀπ' ὄφθαλμοῖο ρολάων  
 ἵλαος ὀλιθαίνῃ, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὀδύῃ.  
*Sæpulset fuerit pulcherrima, forma sagittæ  
 Corda virum figit velocem: eil' via ocellus.  
 Ex oculis autem paulatim labitur & lœm  
 In mentes, illasque domat, scq; imprimat altè.*

¶ Atque de fabulosis ad Cupidinem spectantibus satis, nunc quid sub his lateat serui, vestigemus. Quod omnium Deorum antiquissimum Cupidinem crediderunt, id significare visi sunt, quod sensit Empedocles, quod res prius inter se confusas amicitia & odium inuicem discreuerint, cum ille per se sine his nihil gignere possint. Nam tamen Thales aquam rerum omnium principium posuit, aptissimam sanè gignendis rebus & accommodatam materiam, tamen nihil ex illa simpliciter gignitur sine hoc artifice, siue amicitiam, siue iram, siue maris vice fungentem, siue calorem quis appellauerit, vim diuinam scilicet res ad ortum euocantem. neque illud sanè verum est, quod dicitur ab eo poeta :

ὅτι ὅμῃς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοιτο.

*Ex aqua, vos tellus fiat in partibus omnes.*

Fieri enim non potest ut hæc sola sint elementa, in quæ composita dissoluantur: vel ex his solis composita sint omnino inutilibus, sed diuiniore principio careat. Quid ergo? nihil aliud, ut dicebam, esse Cupidinem antiqui senserunt, nisi illud quod Empedocles, vim similitum diuinã coire & coalescere cupientium: vel, ut melius dicam, mentè diuinam, quæ has ipsas motiones ipsi nature inducat. Idcirco alij multos parentes tribuerunt Cupidini: alij cum primum illum apparuisse in mundo architectando putarint, ex illa informi materia natum dixerunt. Alij Veneris filij crediderunt, cum Venus sit desiderium, (ut diximus) procreandi in rebus naturalibus, quod nascitur è symmetria corporũ, & ex ætis temperie. Nam quod de Poto & Penia fabulosè dicitur, quod è tam diuersis parentibus natus sit Cupido, etsi potest ad has ipsas res accommodari, tamen ad mores magis videtur spectare: siquidem auaritia non magis ex insignibus opibus sit, cum à viro parum prudētis & propè ebrius possidentur, quàm ex inopia, & rerum omnium penuria. Hic deinde ab vniuersa rerum natura ob effrenatam



Angulorum appetentiam quasi personatus inductus est. Hunc alatum finxerunt ob inconstantiam mortalium in rebus eligendis: at melius alatus dicitur, quia diuina bonitas velocissima conuolet ad res naturales gubernandas. Velsi ad animorū affectus, libidinisq; desideria transferatur, huic Deo neque vllam lenitatem, neq; vllas alas antiqui iure tradiderunt, quippe cum suauissimus poeta Eubulus illi mirificam quandam constantiam tribuat in Campylione ita scribens:

τί τ' ἐστὶ γράψαι πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα  
 ἢ κεροπλασῆσας ἔρωθ' ὑπέπιτρον;  
 ὡς ἔστιν ἡδὲ πλὴν χιλιέτιας γράψαι,  
 ἀλλ' ἢ ἄπειρος τῆν ἀράων τῆν τῦθ' αἰ.  
 ἴστω γὰρ ἔτι κῦφος, ἔτι βάλισσ  
 ἀπακαυῆσαι τῶν τριφροντι πλὴν νόσσοι,  
 βάρους δὲ κομιδῆ. πῶς ἂν ἦν ἔχει πῆρα;  
 ταῦτο πρῶτον μακρὸς ἦν, κἂν φήσῃ τις.  
*Quis omnium prior Virorum pinxit, aut  
 alatum Amorem finxit in cera prior?  
 Hirundines solum sciebat pingere,  
 Non ille mores norat, aut mentem Dei.  
 Nec est enim leuis, nec est is, qui celer  
 Morbum ferentis euolet prae cordijs.  
 Illi nec ala sunt, sed ha nuga leues.*

Huic sagittas tribuerunt, ob supplicia quae infani patiuntur, cum potius ob mirificam diuinæ mentis celeritatem quae per omnia transfunditur, & acutissimè penetrat, magis ille conueniant. Tum caecum Cupidinem dixerunt ob turpitudines, quae ab hominibus dignitatis suae oblitis committuntur: cum illud potius ad diminotū consiliorum mirabilitatem spectet, ad quae cognoscenda caecum est & infans prorsus humanum genus, cū nulla vis humani ingenij possit rationē diuinæ administrationis percipere. Si caecitas illa ad libidines hominum transferatur, quo pacto non rectissimè excogitata est? aut quo pacto nō paruus infans is est existimandus, qui neglecto consilio, ratione q; & gloriæ splendore, omnium iniquitatum & turpitudinum autorē secleretur? aut qui omissis rebus diuinis, & legibus naturæ posthabitis, ad impuras voluptates stultè feratur, quae visum debilitant, nonne & stultus & caecus & infans est existimandus? Idē Deus nudus sorgebatur, ad explicandam turpitu-



dinem libidinosorum : quod tamen ad res diuiniore translatum immensam summi Dei liberalitatem & munificentiam significat, quia sine furo & fallacijs mēs diuina prouidet rebus humanis, cum nihil omnino inde expectet se commodi relicturam. Cum igitur Cupidinem diuinitus in res humanas transfundi putarunt, merito optimum & pulcherrimum Deum esse dixerūt & antiquissimum, cum Dei benignitas sempiterna sit, ac tunc primum nobis cognita est, cum mundum creauit, quare cum chaos mixtus fuisse dicitur : hanc ab hominum cupiditatibus secerntes, celestem Cupidinem appellarunt. At qui in parte animi nostri rationis expette sit, cur non erit potius furor & infania quam Deus vocandus? nam Phocylades etiam illum Deum esse negauit, affectumque humanum existere asseruit, cum ita inquit :

ὁ γὰρ ἔρωσ θεός ἐστι, πάθος δ' αἰδῆλον ἀ πάντων.

*Non Deus est Amor, ac cupido non nocua cura.*

At nunc de Gratijs dicamus.

*De Gratijs.*

CAP. XV.

GRATIÆ, quæ vocatæ sunt à Latinis, à Græcis χάριτι, aliorum patetum filia ab alijs scriptoribus creditæ sunt. Hesiodus in Theogonia illas ex Eurynome Oceani filia, & è Ioue natas esse tradidit in his versibus :

τρῆς δ' εἰσι εὐρυνόμῃ χάριτες τῆκε καλλιπαρήτε,

ἢ κλειοῦ κούρη πολυήρατον ἄδασ ἔχασα.

*À γλαίητι, καὶ εὐφροσύνῃ, θαλίητι ἱρατρίδι.*

*Tres sibi & Eurynome Charitæ parit, edit a matre*

*Oceano forma præstanti & corpore Nymphe,*

*Euphrosynen, atq; Aglaian, Thaliāq; decorant.*

Orpheus verò in hymno quodam in laudem Charitum cōposito non Eurynomes, sed Eunomiæ & Iouis filias esse ait in his :

διὸ τί μοι ὦ χάριτες μεγαλῶν μοι, ἀγλαότιμοι,

εὐχαίριε χλιόε τι καὶ εὐνομίης βαθυκέλευ,

Ἄ γλαίητι, θαλίᾳ, καὶ εὐφροσύνη πελοῦσθ,

χαρμοσύνης γιγέτ' ἱρα.

*Hæc agite ò Charites celebres, generanda propro,*

*De Ioue prognata, Eunomiaq; parentibus olim:*

*Aglaia, Euphrosyneq; Thaliāq; splendida: clara*

*Lætia matres.*

AMJ